UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Theologia|| Ivridica,|| Sev Ivs Civile Theologicvm,||

Fickler, Johann Baptist

Dilingæ, 1575

VD16 F 976

Episcopos cœlibem castamque vita[m] transigere debere.

urn:nbn:de:hbz:466:1-63414

Visual Library

DE PRIVILEGII[S]
EPISCOPORVM.

IN L. XXXV. DE EPISC. ET CLER. ETC.
Quæ lex alias habetur in lib. prætermiſſ. Cod. Claſſ. 1. Huius etiam fit mentio in Nomocanone. tit. 8. capit. 1.

Pœna graſſantis in Epiſcopatum.

SI quis (etiam per principale reſcriptum) ci-uitatem aliquam aut ſuo Epiſcopo, aut ter-ritorio, aut alio quopiam iure priuare auſus, priuatur bonis & infamis redditur.

Viderint hîc ij, qui Epiſcopos non ſolum ſuis Epiſcopatibus priuarũt, verum etiam ipſas ſacroſanctas Eccleſias diſpoliauerunt atq; ita, vt communiter di-ci ſolet, & in prouerbium abiit, ſacerdotem vnà cum Eccleſia deuorarunt.

Si quis porrò Epiſcopalium, atq; adeò totius Eccleſiaſtici ordinis priuilegiorum & immunitatum ignarus, ea cognoſcere deſiderat, is permultis iuris ti-tulis copioſè promulgata inuenerit, præſertim vero C. de ſacroſ. Eccleſ. &c. C. de Epiſc. & Cleric. &c. C. de Epiſcop. audient. &c. Auth. Quomod. oport. Epiſc. & Cler. &c. Auth. De ſanctiſſ. Epiſcop. &c. & Auth. De Eccleſiaſt. tit. & priuileg. &c. & plu-ribus aliis iuribus, quæ quiſque per ſe legere poterit: neque propter ſui copiam & amplitudinem huc om-nia referri potuerunt.

EPISCOPOS COELI-BEM VITAM TRANSIGE-RE DEBERE.

IVSTINIAN. IMP. IN AVTH. EPI-ſcopo. C. de Epiſcop. & Cleric. &c.

Epiſcopo

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

EPiſcopo nullam mulierem ſecum habere permittitur: ſed ſi habere probetur, de epiſcopatu deiiciatur, quo ſe fecit indignum.

Epiſcopus cū femina conſuetudinem habens, Epiſcopatu reiiciendus eſt.

LEO ET ANTHEMIVS IMP. IN L. ſi quenquam. C. de Epiſc. & Cleric. &c.

CAſtus & humilis noſtris temporibus eligatur Epiſcopus, vt quocunq; locorū peruenerit, omnia vitę proprię integritate purificet.

Epiſcopus ſit caſtus & humilis.

IVSTINIAN. IMP. IN AVTH. QVOM, oport. Epiſc &c. §. Et neq; vxori, cum § ſeq.

ET neq; vxori aliæ copulatus, ſed aut in virginitate degens, à principio, aut vxorem quidem habens ex virginitate, aut ad eum venientem, & non viduam neq; ſeiunctam à viro, neq; concubinam. Neq; filios aut nepotes habens, neq; cognitos legi, neque illi odibiles. Alioquin qui præter hoc aliquid agit, & ipſe cadet ſacerdotio, & qui eum ordinat, foris Eſcopatum ſectabitur, hanc legem offendens.

Ne habeat vxorem.

Hoc ius à Canonib. receptum eſt in c. de ſyracuſanę. diſt. 28. & c. Catinen. diſt. 61.

IDEM IN D. AVTH. §. PRIVS AVTEM.

EPiſcopus ſit vxori non cohærens, aut filios, aut nepotes habens: ſicut etiam prius duabus noſtris ſacris conſtitutionibus hoc ſancitum eſt, per quas dudum cohærentes vxoribus, non perſcrutamur, omne præteritum relinquentes: de cætero autem nulli permittentes à poſitione legis vxorem habenti, talem imponi ordinationē, quam legem etiam nunc renouamus, ne fortè ſi præter hoc aliquid fiat, & ipſe cadat ſacerdotio, & ordinantem ſimiliter excludi procuret.

Epiſcopus vxore careat.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

IDEM IN AVTH. DE SANCTISS. Epiſcop. &c. §. ſancimus.

Sine vxore, & concubina.

EPiſcopi ſunt eligendi, qui neque vxorem, neq; filios habeant, neq; concubinam aut filios naturales cognoſcant eos habuiſſe, aut habere: ſed et ſi prius vxorem aliquis ex eis habuit, ipſam & vnam & primam, & neque viduam, neq; viro coniunctam, neq; legibus aut ſacris conſtitutionibus interdictam.

IDEM IN D. AVTH. §. PRESBYTERIS.

EPiſcopum nullam penitus mulierem habere, aut cum ea habitare permittimus: ſi autem probetur nequaquam hoc cuſtodiens, Epiſcopatu proiiciatur, ipſe enim ſe oſtendit indignum ſacerdotio.

EPISCOPIS NON LICERE DE SVIS FACVLTATIB. *relinquere hæreticis: neq; Eccleſiaſtica bona conferre in conſanguineos.*

IVSTINIAN. IMP. IN EDICT. AD POP. Conſtant. quod miſit ad Ioan. Papa. 2. §. ſed regula.

Epiſcopus relinquens hæretico eſt excommunicatus etiã poſt mortem.

REgula ſanctæ ſynodi Africanæ ſtatuit Epiſcopos, qui ſuas facultates in teſtaméto, vel ex inteſtato hæretico relinquunt, oportere etiã poſt mortem anathematizari.

IMP. IVSTINIAN. IN L. XLI. (QVAE alias habetur in lib. prætermiſſ. Cod. claſſe. 1.) C. de Epiſc. & Cler.

Pietate in Eccleſias etiam animas ſaluas fieri.

CVm quidam ſumma in Deum ſpe, & vt animæ eorum ſaluæ fiãt, ad ſanctiſsimas accurrant Eccleſias, & eis omnes ſuas facultates

adſe-